



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 32. Belli errores a Pontificii exercitus Ducibus commissi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Montlucus Veliram, ut auxiliares copias Sæcul. XVI.
in hoc oppidum introduceret, decerni- A.C. 1556.
tur, atque in illud cataphractorum cen-
turias immittit, quo facto ulterius in
urbe morari haud consultum ratus ad
fuum exercitum incolumis pervenit
quadraginta circiter millaria emensus
nuspam interrupto itinere.

§. XXXII.

*Belli errores a Pontificii exercitus
Ducibus commissi.*

Ceterum Pontificis exercitus decem pe- Thuan. l. 17.
ditum millibus, ac mille ducentis e-^p 526.
quitibus omnibus ad fortiter pugnandum
paratis constabat: Verum sub primis
expeditionis auspiciis quoddam sinistrum
consilium totam spem evertebat; cum
enim hisce copiis Albæ Ducem statim
aggredi oportuisset, atque ille, cum
nondum ad excipiendum hostem sat
paratus esset, facile inopino impetu ob-
rui potuisset, Pontificis tamen copiæ
intra Romanæ urbis mænia detineban-
tur, hacque cunctatione occasio, qua
magis opportuna sese haud offerre po-
tuisset, negligebatur. Hic error Ca-
millo Ursino fuit attributus; is enim
jam senex, ac proinde in rebus geren-
dis cauтор, ac non nihil timidus, tu-
tiora fere, quam generosiora consilia
sextabatur. Ceterum inter omnia loca,

Cc 5 quæ

Sæcul. XVI. quæ tenebant Caraffæ, Palianum, quod
A C 1556 Julius propugnaverat, firmis admodum
 præfidiis muniverant, præter Velitras,
 quibus Hadrianus Balionus, in locum
 Ducis Somæ nuper suffectus, præerat.

Cum autem pecuniis laborarent
 Pontificii milites, eoquod ærarium su-
 periorum annorum bellis exhaustum
 esset, hinc ut illud sarciretur, centesima
 instituta est, & nova subinde imposta
 tributa, quæ quantumvis gravia præ-
 sentis belli necessitas excusabat. In-
 terea Trivius Marchio, quem Albæ
 Dux invadendis Aprutii finibus præ-
 fecerat, Malimianum cepit, motisque
 castris Civitellam contendit; Dux vero
 cum Hispano peditatu adhuc Tibure
 hærebat, ut militem labore, & au-
 tumni intemperie fractum reficeret. Tan-
 dem collectis viribus de bello profe-
 quendo deliberare cœpit; dubitabatur
 autem, utrum Reatem versus tenderet, at-
 que ab hac parte regni sui limites firma-
 ret, prout jam ab altera, munitis Frusino-
 na, & Anagnia urbibus fecerat: an vero
 potius Ostiam tentaret, ibique trans-
 misso amne Tiberii castrum, quod ho-
 die Cornetum vocant, occuparet, sic
 que commeatum, qui inde Romanam co-
 piosus comportatur, intercluderet.

§. XXXIII.